



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis
secularium Confessariis**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agrippinae, 1663

Ordinatus tenetur Horas suas Canonicas quotidie legere, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9994

ejus rationem reddere teneat, si in admiffio-
ne talium laxior fuero. Sic me Deus adju-
vet, & haec Sancta Dei Evangelia.

Nullus porro examinatorum valeat
fui loco alium substituere, nisi cum no-
stro, nostrive in Pontificalibus Vicarii
Generalis praescitu & consensu, atque
praemisso per substitutum simili jura-
mento.

Ordinibus Sacris insigniendus Examen sub-
eat, an propositum ejus sit pium, sanctum
ac firmum; & quantum possit in horariis
precibus recitandis.

XXIX. Qui se examini subjiciet, ut
Sacris Ordinibus initiatur, ante omnia
interrogetur, (a) quo affectu ductus,
Ordinem Ecclesiasticum petat, an ejus
propositum pium sit, sanctum ac fir-
mum; & quantum possit in horariis pre-
cibus recitandis: ordinatus vero sciat se,
secundum Canonicas sanctiones, ad

C

istas

istas preces quotidie persolvendas sub
pœna peccati mortalis, & si beneficia-
tus est, restitutionis insuper fructuum
pro rata temporis, quo Officium non
implevit, obligatum; ideoque unus-
quisque huic obligationi studiosè satisfi-
faciat.

(a) *Concil. Provinc. Colon. sub Herman-
no V. part. I. c. 21. & 22. ac sub Adolpho III.
Archiep. Colon. de altero Medio. cap. deinde
visum, &c. pag. 431.*

Examinetur etiam in cantu Choralis.

XXX. In cantu Ecclesiastico addif-
cendo hactenus magna ordinandorum
negligentia animadversa fuit, non sine
graviscandalo populi, ut aut muti sint
multi in Choro Clerici cantus Eccle-
siastici imperiti, aut in voce inconcinna
& absona mutis deteriores sæpè repe-
riantur: quare seriò mandamus omni-
bus ad Sacros Ordines aspirantibus, ut
Cantum Gregorianum seu Choralem.